

Vocatio Abraham, patris Populi Dei.

Léctio libri Génesis

12, 1-4a

In diébus illis:

- ¹ **D**ixit Dóminus ad Abram:
«Egrédere de terra tua et de cognatióne tua
et de domo patris tui
in terram, quam monstrábo tibi.
- ² Faciámque te in gentem magnam
et benedícam tibi
et magnificábo nomen tuum,
erísque in benedictiónem.
- ³ Benedícam benedicéntibus tibi
et maledicéntibus tibi maledícam,
atque in te benedicéntur
univérsæ cognatiónes terræ!».
- ⁴ Egréssus est ítaque Abram,
sicut præcéperat ei Dóminus,
et ivit cum eo Lot.

Verbum Dómini.